

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 00 : Cur Lucinam parturientibus praefectam antiqui putarint

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV : Cur Lucinam parturientibus præfectam antiqui putarint](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 01 : Pourquoy les Anciens ont creu que Lucine assistoit aux femmes en leurs accouchemens](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 00 : Pourquoy c'est que les anciens ont pensé que Lucine assistast aux femmes enfantans](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s) Latin

Pagination 90r°-90v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lucine](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/11/2024

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER QVARTVS.

Cur Lucinam parturientibus praefectam antiqui putarint.

10



XISTIMO me in superioribus libris ostendisse partim animorum affectus & cogitationes, quæ in moriturotū ani mis nascerentur, partim vites clementorum, colestiumq; corporum, quæ transfundenterunt in hæc inferiora corpora, diuinis nominibus fuisse ab antiquis appellatas, & diuinis et honoribus cultas Sereniss. CAROLE Rex Sed quoniam eō scribendo perducti sumus, ut res interire, & iterum post quoddam annorum spatium reviviscere, & animas easdem in alia corpora transmitti diceremus, quæ res sub Lucinx tutelam primum cōcidebant, videntur rationes illæ inuestigandæ, quibus adducti sunt sapientes ut sibi persuaderent Lucinam præesse parturientibus. Hæc in re illud horum omnium debet esse fundamentum, quod superius dictum fuit, quod Greci, id quod ceperunt ab Aegyptiis, Solem, Lunam, ceteraq; sydera, quantum vites ac moderationes temporum apud nos essent conspicuæ, Deos putarunt, quos suffimentis, & cantilenis, & cœsatum victimarum nidoribus placarunt, cum res postularet. Cum Lunam igitur plurimum confesse parturientibus arbitrarentur, illam alii à luce, alii à circuoluendo nūcuparunt. Aliæ similiter rationes sunt à rerum naturalium peritis traditæ, aliae ab astronomia. Atqui luna a rerum naturalium peritis partibus præfæ credita est, quia illius ope propter vim propriam humoris fœtus adiuvetur, cum illius beneficio is in utero intumescat; ad quam rem & solis & lunæ ratio præcipue confesse putatur. Nam manifestum esse arbitror omnibus vel mediocriter eruditis, quod lunæ beneficio augentur humores, cuius vis in multis est coaspicuæ; sed in conchyliorum genere præcipue, quæ cum lunæ lumine augmentur & decrescunt. Huc accedit quod parturiendi tempore plurimus humor sero persimilis in membranis cum fœtu continetur in utero, quare & uteruſ insurgit ad expellendum cum fœtu humorē: cui rei cum moderator humorum sit lunæ planeta, plurimum confesse putatur, & idecirco luna parturientibus præesse credita est. Qui verò ex astrorum potestate omnia humana pendere censuerunt, has omnes causas ad astronomias rationes retulerūt: ut ex doctissimis sermonibus viri optimi & medici clariss. Fracisci Marini collegi, cuius ingenium admiror, & consuetudine plurimum delector. Nā is ita sensit, vt homines rerum colestium periti, quod septimo mense fœtus perficiatur & absolutatur, qui mensis dicatus est luna, quare iure optimo luna præest parturientibus. Atque huiuscce rei talis est ratio & ordo. Primus mensis est Saturni, qui suo frigore ac siccitate facit ut semen quod

20

30

40

Z a fluebat

Mythologiae.

fluebat aquæ simile densetur & consistat. Deinde sequenti mense Iupiter suo calore & humore nutrit, quibus indiget vitibus ut augeatur & dilatetur; quippe cum superioris planetæ natura formationem lineamentorum impeditur si perduraret diutius. Tertio deinde mense Marti cura ista committitur, qui per naturalem suum calorem humores supervacaneos exiccat, secumque calefacit, & motum in illo procreat: est enim calida vis & siccæ maxime ad motuā propensa. Hunc eundem sētum excipit mox Sol aliorum omnium scilicet mūdi princeps ac moderator, qui & vigore plurimum adhibet, & non mediocriter conseruit ad vitam. Huic succedit Venus Martis Solisq[ue] 10 calorem & siccitatem suis his aduersariis viribus temperans, multoq[ue] magis auget sētum, & illius membra ad figuram homini conuenientem perducit. Negotium ipsum mox in manus tradere Mercurio putatur, qui supervacaneum quodque exiccando temperiem & ipse inducit, vniuersaque corporis partes etiam magis distinguunt, & clariorē formā exprimit. At septimus mensis lunæ tribuitur, quæ ita sētum suo humore nutrit, ut perfectus completusque sit; possitque vel si tunc ex utero exeat viuere. Quod si humoris copia adhuc suppetat, & respiratio nondum sit pœualida, quam per umbilicum capit infans, ita ut otis respiratione non magnopere indiget, natura optima horum alimentorum cellaria & moderatrix in nonum mensem partum prorogat: at si inops sit huniorum, & non amplius fatis magna aeris copia per umbilicum trahatur, ac si veterus tractabilis mollesque sit, qualis esse solet fere puerarum, tunc septimo mense partus in lucem prodit & viuit. Quamobrem siue ad planetarum vites, siue ad physicas rationes quis respexerit, omnino lunæ humor plurimum ad emitendos sētus adiuvabit. Sed quoniam explicauimus quibus causis commoti antiqui Lucinx tantum tribuerunt, nunc reliquum est, ut quæ de Lucina ab iis dicta fuerint, percurramus.

20

De Lucina.

Cap. I.

30 **L**vcinam filiam fuisse Louis & Latonæ, sororemq[ue] Phœbi iam dictum est superius, cum de Diana loqueremur. Atqui cum re ipsa una eademq[ue] sit Diana, Lucina, Hecate, Luna, quoniam varia sint nomina, & res variæ, in quibus illæ suas vires excent, tamè variis parentes earum siue Deorum siue facultatum, siue eorum nominum, siue traduntur. Cum enim Luna filia esset Thiz & Hyperionis, Diana Louis & Latonæ, Hecate vel Louis vel Aristæ, & Noctis vel Alteræ: ita Lucina Louis filia fuisse dicitur, ut apparet in hymno Callimachi in Dianam, Iunonemq[ue] habuit matrem, ut memoriz prodidit Pausanias in Atticis, qui illam in Gnosio agro apud Amnissum flumium ex opinione Cretensium natam esse scribit. Qui Latonæ filia esse dixerunt, hanc in Ortygia natam esse inquiunt, atq[ue] statim natam obfetricis munere functam esse apud matrem, cum mox Apollinem esset partitura, ut dictu[m] est superius. Pausanias tamen in Atticis Lucinam ait in Delium ex Hyperboreis aduentasse, ut parturienti Latona adesset obfetrix. Hæc varia habuit nomina: nā Iithyia in Encomio. Ptolomæi vocata est à Theocrato, quam Lysizonam appellat siue soluentem Zonam. Solebant enim antiqui, sed Greci in primis vespere, Zonam soluere, pro eo quod est item cum viro habere, quia pregnante mulieres priorem Zonam gestare non amplius possent, quam soluere cogebantur: quare cum venirent sub tutelam Lucinæ Zonam.

40